

www.e-rara.ch

Opera omnia Ioannis Pici, Mirandulae concordiaequae comitis, theologorum & philosophorum ... principis: viri, sive linguarum, sive rerum, & humanarum & divinarum, cognitionem spectes, doctrina & ...

**Pico della Mirandola, Giovanni Francesco
Reuchlin, Johannes
Henricpetri.**

Basileae, [1557]

Stiftung der Werke von C.G.Jung, Zürich

Shelf Mark: Online

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-7988>

Censura Alexandri p.m. eius nominis VI. operum a nonnullis, calumniis impetitorum, defensio.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Censura Alexandri P. M. eius nominis

VI. operumq; authoris à nonnullis, calumnijs im-
petitorum, defensio.

ALEXANDER SERVVS SER-
VORVM DEI DILECTO FILIO, NO-
bili uiro, Ioanni pico, Comiti Mirandulæ.



ILLECTE fili Salutem & apostolicam benedictionem. Omnium catholicorum quieti, & sa-
ma, eorum præsertim quos generis nobilitas, litterarum disciplina, uita fideiq; orthodoxa integri-
tas commendat, quantum cum Deo licet, consulimus. Dudum siquidem, cum primum ad. Inno-
centium papam VIII. prædecessorem nostrum, & Romanam curiam te contulisses, & Nonningen-
tas in theologia, & alijs facultatibus conclusiones, ex permissione præfati prædecessoris, publi-
cè (ut moris est) disputandas affixisses, quas sub Apostolica sedis correctione, & sustentare offere-
bas, & dictus prædecessor, inter illas aliquas fidei & religioni nostræ contrarias, erroneas, scan-
dalosas, & malè sonantes, ac de non sana doctrina suspectas, ab aliquibus intellexisset: tunc integritati fidei consulere uo-
lens, ne fidelium mentes (& præsertim simplicium, qui ad huiusmodi publicas disputationes confluere solent, corrumpere-
tur) nonnullis uenerabilibus fratribus, tunc suis, nunc nostris Episcopis, & alijs sacre theologiæ ac utriusq; iuris professori-
bus per eum nominatis, per litteras suas, in forma breuis, commisit, & mandauit, ut contenta in dictis conclusionibus exami-
narent, an aliqua ex illis, ex uerborum à fide catholica dissonarent, aut hæresim saperent: seu dubiæ & ancipites, ad er-
roneum sensum trahi possent: & ipsi prædecessori referrent, sicui plenius, in dicto breui, continetur: ut habita fidei relatio-
ne eorum, oportune prouideret. Qui quidem episcopi & professores, eidem prædecessori retulerunt, quasdam sibi uideri con-
clusiones suspectas, & ut assererent hæresim sapientes, quas tamen conclusiones, gratia tantum scholastica disputationis, ac
sub apostolicæ sedis correctione disputandas publicaueras, & tales demum eas te habiturum professus es, quales per eun-
dem prædecessorem nostrum iudicarentur: iureiurando promittens, cuicumq; declarationi, quam ipsum prædecessorem su-
per hoc facere contingeret, assensurum. Deinde uerò per dictum prædecessorem, accepto te, quandam alium librum Apolo-
geticum edidisse, in quo easdem conclusiones, in meliorem & catholicum sensum declarans, interpretabaris, & circa eas in-
tellectum sinceræ fidei, explicabas, idem prædecessor, ne præmissæ propositiones, corda fidelium, quo quomodo corrumpere-
rent, interdixit lectionem libelli prædicti: um Nonningentiarum conclusionum, te tamen, nulla ob præmissa incurrisse exti-
mationis notam, declarauit, ut in eisdem literis, quarum tenorem hic pro expresso haberi uolumus, latius continetur. Verum
eidem prædecessori, postea aliquibus suggerentibus prætextu dicti apologetici, te præmissa iuramento tuo contrauenisse,
te in Gallijs agentem, ad curiam citari mandauit, cuius mandatis reuerenter acceptis, ad Romanam curiam regressurus iter
arripuisti, cumq; in Italiam peruenisses, ex beneplacito ipsius prædecessoris, in partibus Florentiæ subsististi. Interim uerò
præmissis ad nostram notitiam deductis, inquisitaq; per nos totius negotij ueritate, compertoq; & præsertim referentibus
Venerabili fratre nostro Georgio Episcopo Albanensi, & Vlixbonensi, ac dilectis filijs Ioâne Baptista de Ursinis, Tituli san-
ctorum Ioannis & Pauli presbytero, & Fracisco, sancti Eustachij diacono, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, quibus spe-
cialiter commiseramus, ut adhibito secum dilecto filio Paulo Genuensi theologiæ, ac ordinis sancti Domini professori, &
sacri palatii apostolici Magistro, se accuratè informarent, & nobis referrent: nihil aliud postea contra te actum, & processum,
seu attentatum fuisse, quodq; in eodem Apologetico, quod in orthodoxam fidem, à cuiusuis suspitionis nota, mentem tuam
apud omnes releuandam scripseras, iudicium, & determinationem ipsius prædecessoris, ac sedis apostolicæ, cui te humiliter
submitististi, continuè expectare affirmabas, & in præmissa promissione, & iuramento tuo persisteres, pro ut etiam persistere
intendis, & denuò etiam promittis: Ideò nos bonam & integram mentem, & sinceritatem fidei, ac in nos & sedem Aposto-
licam deuotionem & obedientiam tuam, paterno affectu complectentes, ac te, quem etiam diuina largitas, nauis uirtutibus il-
lustrauit, pro potiori cautela tua, ab omni reatu periurij, si quem etiam forsan indirectè, dicto iuramento tuo, cuius formam
hic haberi uolumus pro expresso, aliquo modo contraueniendo incurrisse, absoluentes, & absolutum fortè censentes cau-
sam commissionis huiusmodi aduersus te, & illius statum indiuidualem, pro expresso etiam habentes, & quantum pendeat co-
ram quibuscunq; iudicibus, etiam sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalibus, ad nos aduocantes, motu proprio, & ex certa sci-
entia, extinguimus: teq; in eodem iuramento tuo persistentem, iuxta formam litterarum ipsius prædecessoris, nullam omnino
propter præmissa incurrisse extimationis notam, & propter editionem declarationum & Apologetici huiusmodi, aut alias,
nullam hæresis speciem uel suspitionem aut notam sinistram incurrisse, seu in crimen ueri uel fidei relapsi incidisse, aut pæ-
nas uel censuras in iure uel alias, contra hæreticos uel de hæresi suspectos, contentas, siue latas, quomodo libet incurrisse. Si-
milibus motu & sententia, auctoritate præfata per presentes decernimus, & declaramus, inhibentes, districtiusq; in uim san-
ctæ obedientiæ mandantes, ordinarijs locorum, & commissarijs, ac officialibus quibuscunq; etiam hæretico prauitatis inqu-
sitoribus, ne te præmissorum occasione, quomodolibet molestare, seu inquirere præsumant, decernentes irritum & inane, si
secus, super his à quoquam, quamuis auctoritate scienter uel ignoranter contigerit attentari, præmissis necnon constitutioni-
bus & ordinationibus apostolicis, ceterisq; in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscunq; de quibus etiam, hic ex-
presse faciendæ esset mentio specialis. Datum Romæ, apud sanctum Petrum, sub annulo piscatoris. die

XV III. Iunij. M. CCC. CLXXXIII. Pontificatus,
anno primo.

L. podocatharus.